



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorum**

**VD16 B 5530**

Vndecima Conclusio. Semel leniter tortus potest repeti in tortura, vt  
sufficenter torqueatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

fiatur, ideò distinctius res explicanda est. Sit  
ergò

Vndecima Conclusio. *Semel leni-  
ter tortus potest repeti in tortura, ut suffi-  
cienter torqueatur.*

**B**ALD. in L. 2. C. Quorum appell. non recip.  
Marfil. in L. Repeti, de questio. & in pract.  
crim. §. Quoniam. num. 3. Alberic. in Rubr. C.  
de quæst. num. 8. & post alios plures Iulius  
Clar. lib. 5. §. fin. q. 64. num. 46. Franciscus Peg-  
na in 3. par. Directo. commen. 39. Menoch. ubi  
supra. Ratio à quibusdam redditur, quoniam  
leuis tortura non dicitur tortura, sicut nec fe-  
bricula, id est, parua febris dicitur febris. Pro  
huius Conclusionis meliori intelligentia no-  
tandum, quod plures sunt gradus torturæ de  
quibus Iulius Clar. in d. q. & alijs clarius Pau-  
lus Grilland. in tract. de quæst. & tortu. q. 4. &  
ita à lenioribus tormentis incipiendum est,  
quibus si reus tortus veritatem fateatur, cessan-  
dum est à tortura. Cùm enim torturæ locus sit,  
quoties veritas aliter haberi non potest, à reo  
indicijs grauato: sicuti non habet locum quã-  
do reus sine tormentis veritatem purè & sim-  
pliciter confitetur: Ita etiam ab ea cessandum,  
quando reus fatetur crimé, sicuti necessarium  
est. Habito enim fine, cessat motus. In casu hu-  
ius conclusionis, vt notant DD. periti Iudices,

Xx 3      quan:



quando iubent reum deponi à prima tortura, solent curare, vt notarius scribat in actis, se eum deponere animo repetendi tormenta. Hæc tamen repetitio torturæ verius dicitur continuatio torturæ, quàm eiusdem repetitio, licet etiam interpolatis & diuersis diebus id fiat.

*Duodecima Conclusio. Quando reus sufficienter fuit tortus, ita quod priora indicia diluerit & purgauerit, & tamen nihilominus nihil confessus est, sed in negatiua persistit, tunc regulariter non possunt repeti tormenta, nisi noua indicia superueniant.*

**H**ANC docent DD. communiter in locis allegatis in Conclus. II. & alij in d. L. Repeti, & alij multi, quos ad longum allegant Boërius in decis. 163. & Anton. Gomez. tom. 3. vatiar. resolut. num. 26. Dictum in Conclusio-  
ne (regulariter non possunt repeti.) Quia quãdo prima indicia sunt multum vrgentia & manifesta; tunc licet de iure tortura non possit repeti, nihilominus de consuetudine tormenta repetuntur, & ita practicatur, vt post Bartol. in L. vnus. §. reus. ff. de questionib. docent Alexand. lib. 1. consil. 5. incip. In casu inquisitionis formatæ. Alberic. Iulius Clar. Menoch. Gomez. loc. cit. & alij alibi. Quod à fortiori verum est in grauissimis exceptis criminibus,